



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 Episcopi titulares, quando & quibus ordines conferre poßint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

presbyteratus ordinem, ut per sacram congregat, fuit decussum sub dict. cap. 2. sub titul. Acernen. §. potest Episcopus.

23 Susceptione f° ordinum pluribus modis hujusmodi incurritur pena.

24 Primo, cum ante legitimam etatem sacris ordinibus quis promovetur, & licet sit minor, tamen recipit ordines, & dummodo sit doli capax, obligatur voto continentiae ordini annexo, cap. pueri, & ibi gloss. 1. & 2. 1. quest. 1. & cap. unius, & ibi gloss. in ver. discretionis, de cler. persalt. promot. sed suscepitur ordinum executio, cap. vel non est compost, & ibi Abb. numer. 3. de temp. ord. in modo est ipso jure suspensa, & si hujusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus quis ministrare presumperit, eo ipso irregularitatis penam incurrit, de qua in constit. Pij II. in Bull. Rom. c. 6.

25 Secundo, tamen quando sine sui Praeulicentia ab alieno Episcopo quis ordinatur, cap. quod translationem, eodem tit. cap. 1. & 2. 9. quest. 2. cap. 1. & 2. 21. qu. 2. cap. 1. & 2. de temp. ordin. in 1: Ettunc ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Praelato visum fuerit, taliter promoti sunt ipso jure suspensi, ex dispositione sacr. concil. Trident. ubi inquit, tamen Et quoniam nonnulli Episcopi ecclesiarum, quae in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano, cum ferre vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quae Iesu Christi, 27 sed alienas oves in se proprio pastore querentes, dum per hanc Sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius diocesis, nisi de loci Ordinarij expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subje-

ctas tantum, exercere, prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diocesis sua temeritate eligunt, & quocunque ad se venientes etiam suorum Episcoporum, seu Praelatorum litteras commendatitias non habeant, clericali charactere insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere presumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui a suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta recte valeant ministrare; nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diocesis etiam exemplo, aut aliquo monasterio cuiusvis ordinis resideriat, aut moram traxerint, vigore cuiusvis privilegii sibi de promovendo quocunque ad te venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam praetextu familiaritatis continuæ commensalitatis lux, absq; sui proprij Praelati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat, contrafaciens ab exercitio pontificalium per annum, taliter vero promoti ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Praelato visum fuerit, ipso jure sint suspensi, cap. 2. de refor. sess. 14. & in suspensione celebrando irregularitatis penam incurront, Pius II. ead. constit. 6.

26 Tertio, tamen minus idonei absque praecedenti examine, & commendatitias litteris promoti, a susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo Episcopo ordinario videbitur, suspendi, & ne in altari, aut aliquo ordine ministrant,

Yyy inter

